



D. Virginis Oetinganæ Historia

Irsing, Jakob

Monachii, 1643

C. IV. De aliis quibusdam priscæ pietatis monumentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64940](#)

96 OETINGANA HISTORIE
CAPVT IV.

De aliis quibusdam priscae pietatis monumentis.

Celebratur in primis Oetingam inter cimelia Nauis argenteas clathris aræ Marianæ appensa cui vetustatis prærogatiua, & miraculi, cuius monumentum est, magnitudo famam conciliauit. Proramus muniunt scuta quatuordecim, signa totidem nobilium familiarum calcata. In his principem locum obuent Henrici Lunenburgici, qui Brunsuicensis, Insignia, Leones qui ni, quadrisariam disclusi; duobus primam aream, singulis reliquas trimplentibus. Causa appulse ad portum nostræ Diuæ nauis hæc est. Transmiserat A. C. M D X V I I I . Henricus Dux è Britanniâ in Galæciam, D. Iacobii Apostoli ossa Compostellæ dueneraturus, nobilem trahens comitatum. Reuertentes inde, pridi ejus

ei⁹ diei , qui D. Laurentio sacer⁹ est,
adeò atrox tempestas adorta est , vt
certus omnium animis interitus ob-
uersaretur. Fæditatem procellæ ge-
minauit noctis horror : cui sauior
successit dies : diei nox altera , supe-
riore funestior. Humano cassi auxi-
lio mentes precésque verterunt ad
Deiparā , votūmq; pro vitâ nuncupâ-
runt , nauis argenteæ in Oetingano
sacello suspendendæ. Coniectura est ,
auctorem eius consilii capiendi fuis-
se sociis , quendam ex Adelzhusiâ ,
nobili inter Boios familiâ , quem in-
terfuisse periculo Insignia gentilitia
fidem faciunt , primis notata nomi-
num litteris , I. V. A. Edito voto re-
mittunt venti , serenantur cum cælo
mentes , salua nauis portum adpellit-
tur , multis aliis eâ tempestate mersis.

Eodem anno Fridericus Elector
Brandenburgicus , Alberti Achillis
filius , à quo Principes Anspacenses
ortum ducunt , duos antiquo opere
calices

calices argenteos, diuino sacrificio
peragendo, donauit.

Organum **Musicum** maius, quo in
Diuorum Apostolorum æde cani-
tur, fieri curauit Hoyerus Comes de
Mansfeld. Idem binas cataphractas
quibus armatus inire prælia consue-
nerat, Diuæ Oetinganæ consecrauit
tutelæ beneficium professus. Adhuc
galeam ingentem, ludis quondam
questribus habilem. Idem A. M.
xxx. stipendum perpetuum con-
stituit sacrificio Sabbathis omnibus
facello Mariano, cum cantu peri-
gendo. & eo Deiparæ sine labe con-
ceptum voluit honorari. Quod
prolata mentes ad memoriam prisca-
pietatis Germanicæ reuocant, si
tandem apud multos populos, non
doctrinæ vitio, prolapsæ, vt iam
mnis Deiparæ cultus, tanquam in
probus, & in maiestatem Numini
iniuriosus, templis animisque
proscriptus. Relucet etiam sacri-

cali in vestitu maiorum religio: Georgii, ante alios, Boiorum Ducis, & Hedvigis coniugis, Casimiri Poloniæ Regis filiæ: Austriacorum præterea, Saxonum, Brunsuicensium, Principū: Comitum adhæc Schyvarzenbergicorū; toparcharū Freundspergiorum, Mindelheimensium: aliorum, prisæ nobilitatis, magnorum nominum: quorum pietatem, Insignia, antiqui operis, Casiolis affixa, posteritati commendant.

CAPUT V.

Alberti V. Boiorum Ducis, & posterorum in Oetinganâ æde vi-
sendâ, & locupletandâ
pietas.

Albertus, qui Magnanimi nomen à factis tulit, uti religionis vniuersæ, asperrimis rei Catholice temporibus, fortissimus custos vindexq; fuit; ita præcipuus Octin-

H

ganæ